C. 147
300

IVSTI LIPSI
ADMIRANDA,
ſiue,
DE MAGNITVDINE ROMANA
LIBRI QVATTVOR.

AD SERENISSIMVM PRINCIPEM
ALBERTVM AVSTRIVM.

1a
16602

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCVIII.
Cum Priuilegiis Cæſareo & Regio.

SER.^{MO} PRINCIPI

ALBERTO AVSTRIO

IMPERATORIS FILIO, NEPOTI, FRATRI, S.R.E. CARDINALI,

BELGICÆ SVPREMO GVBERNATORI,

I. LIPSIVS *dedicat conſecrátque.*

INTER Hiſtoriarum fructus, SER.^{ME} PRINCEPS, ego illum eximium habeo, qui ad Sapientiam & rerum in orbe ADMIRANDARVM cognitionem ducit. Quis enim paullò altior & attentior eas legit, qui non diuina illa opera obſeruet, magna imperia ſtabilita, aut diruta: & in iis imaginem quamdam Prouidentiæ ſimul & Potentiæ diuinæ? Ita profectò ſe res habet. ſicut vnus in ſuperis Deus eſt, qui machinam hanc totam moderatur & temperat: ſic in terris velut Curatores & Vicarios quoſdam ſuos conſtituit, qui in partibus eam tueantur & adminiſtrent. Atque horum quoſdam creſcere voluit in magnas opes, copias, operæ:

 quid

I. LIPSI
ADMIRANDA,
ſiue,
DE MAGNITVDINE ROMANA.
LIBER I.
CAP. I.
Occaſio & ingreſſio ſermonis.

DIES æſtuoſus erat, & quales Iulio menſe per Caniculam ſolent. Venit ad me AVDITOR, & Numquid turbo? inquit, non opinor. Otiari te cùm tempus, tùm & mos iubet, qui publicas Ferias nunc indixit. LIPS. Otiamur. non ob cauſſas à te dictas ſolùm, ſed ob quam minimè vellem. Ea valetudo eſt, ſemper moleſta, nunc magis in iſto æſtu. O ſi Spada me habeat! quàm me recreem & refrigerem ambulando, bibendo! AVD. Omitte Spadam, illam curſus tui palæſtram. Satis nobis, ſemel ſic pro te timuiſſe. Nam quid propiùs factum, quàm vt nobis eripereris, ad alios tranſlatus? LIPS. Factum. nec vnquam ego propior periculo fui, nec maniſeſtiore Dei manu ereptus. Ille me tuitus eſt, & reddidit vobis. Vtinam & eos redderet iungeretque per bonam pacem, qui ſic abiuncti! O quàm ſuauis vita ſit! quàm iuuet communione illâ terrarum hominumque frui! AVD. Ne deſpera.

ET

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD IOANNEM MORETVM.
M. D. XCVIII.